

Samuel Bohl   Arnold Mönnich

**Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...**


**7 :**

Rostochi[i]: Kilius, 1637

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770611133>**

Band (Druck)   Freier  Zugang





Cle - 1871<sup>1</sup> - 15.




1825

R  
R

76  
Recept wider die vberwiltig  
auf podagra.

Recept. 1. Saffuran  
2. Saffuran  
3. Brandwein.  
4. Mit der Milch, v. welcher man 4 flazen brauff  
Carus von die die Stungen



DISPUTATIO SEPTIMA  
PRO FORMALI  
SERVENDO PRIMVM  
in explicatione  
SCRIPTVRÆ SACRÆ

*Quam*

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensi publico Docto-  
rum examini subijcit*

ARNOLDUS Mönnich/

Lippâ-Westphalus.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 2. Septemb:  
horis pomeridianis.*



ROSTOCHJ,

*Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

*Anno M. DC. XXXVII.*



DISPUTATIO SEPTIMA

PRO FORMA

ERVENDO PRIMUM

inexplicatone

SCRIPTURAE SACRAE

Quintus

D. O. M. A.

et aside

M. S. A. M. U. E. L. B. O. H. I.

Gyphardus, Pomerania

In Academia Rostochensi anno Docto-

ris 1711

ARNDTUS

Typis Vespertinis

Habitu in Ambrosiano ad hunc Typogr-

phi

ROSTOCK

ROSTOCK

Thomae NICOLOAI KILII, Amd. Typogr.

PHILIP



I.



Um in Ducato nostro Megapolitano ab illustrissimo Principe dies generalis jejunij sint indicti, in ordinario scrutinio proformali progrediens primum tales voces assumo, quæ affinitatem quandam cum eo habere videntur.

2. Legimus in historia Niniviticia de Rege Ninivitarum, quod audito tremendo decreto divino, non se accinxit ad aufugiendum ex eâ civitate, quæ post quadraginta dies erat excindenda, sed deposita purpura sua, ex solio majestatis suæ descendens se sacco involverit, ubi non immerito quæritur, quid sit *שק* in Veteri Testamento.

3. Dico ego, proprie & formaliter *שק* non significat einen Sack/ wie unsere Bawren vnd Kauffleute haben/ da sie Korn oder etwas anders drin stecken/ sed cilicium, ein grobes Laken. Nam saccum ut nos sumimus communiter, non fuisse usitatum apud Iugentes tales in V. T., colligimus ex induendi mirabilitate & inconvenientia, ut cuius rationem adhibenti patet. Sic enim legimus in libro Samuelis de Rizpha filia Ajah, quod super corpora, juxta postulatam Gibeonitarum trucidata posuerit saccum. Ubi sane saccus fuit ein grob Laken. Unde Job dicit *שק חפרתי עלי גלרי* / ego consuei saccum super cutem meam. e. Ich habe vmb mich gegürtet/ oder/ mit angeneier ein grob Laken/ da ich meine Schwären mit schweren Laken.

4. Consuerunt autem super cutem suam, vel etiam se texerunt saccis, quando audiebant nova lugubria, tunc enim testabantur talis applicatione saccorum de statu suo infelicissimo, quos non deceat vestibus ordinarijs ornari, sed saccis in cinere deprimi. Unde Jacob audiens feram dilaniasse suum Josephum, scidit vestimenta sua, & applicavit saccum super lumbos suos, & lugebat dies multos. Sic & Achab induebat saccum & jejunabat, quo ipso passus est, se indignum esse, qui regiâ veste indutus pomposè incederet, & multa exempla alia.

N 2

5. Ergo

5. Ergo *humilitatis signum* fuit etiam saccus, quod etiam, docet Eſaias, cum dicit: Dominus Iſoyah vocavit in illo die ad fletum & ad planctum, ad calvitium & ad accinſionem ſacci. Quibus ibidem opponitur gaudium & lætitia, vel abſolutè vel ad occidendum bovem, & ad mactandum ovem, edere carnem & bibere vinum. Saccus rectè debet informari, ſi veri ſacci nōmine venire debet. Unde cum dicit hic de ſacco, addit fletum & planctum, Unde autem fletus & planctus? ſanè ob mala, quæ precibus eorū Deo ſe humiliantes avertere ſatagunt.

6. Ex quo colligitur & *planctus veri fuiſſe indicium*, unde cum Jeremias magnum planctum futurum vult deſcribere, ita dicit: *Filia populi mei, accingere ſacco, & voluta te in cinere. fac tibi luſtum maximum, qualis ſuper unigenitum eſſe ſolet &c. nam ſubito veniet deſtaror.*

7. Hinc non malè applicatur *ad abjectionem*, ut cum Deus dicitur Saccum induere nobis, vel dare cauſam planctus, humilitatis, & ſtatus infelicis, adeò ut & de cœlo dicatur in Eſaia; *Induam cœlum nigredine, & ſaccum ponam indumentum ejus*, quò ipſo, prout ego illud textum intelligo, voluit ſignificare Spiritus S., Deum velle Judæos, qui etiam in V. T. quandoq; dicuntur cœlum, humiliare, & à facie ſua abjicere, priſtinumq; ipſorum ſtatum mutare.

8. Contradictio ergò eſt in adjecto, quando hodie præſertim in papatu, & etiam alibi multa clamitantur de ſacco, cum tamen, nec humilitatis, nec doloris verus ſenſus, nec ſtatus infeliciffimi compareat indicium. Idem eſt ſive induantur purpura ſive ſacco, niſi quæ ad ſaccum pertinent ſimul aſſumantur. Stultum eſt re neglecta in ſigno hære.

9. Poſtmodum etiam ſignificat *einem Sacl darin man etwas verwahret*/ ſicuti legimus de ſaccis filiorum Jacobi, at pauciſſima loca ſunt in quibus in ea ſignificatione occurrit. Ubi notandum eſt, hanc ſignificationem me non proponere ut formalem ſed ut materialem, nam ſaccus habet pro materia *ſchlecht grob ſafen*/ ſi dicas, dari etiam ſaccos alios elegantiores, Reſpondetur, ergò apud Hebræos non dicuntur *PU*.

10. Cum autem jam dictum ſit de ſacco, lubet etiam audire, quadam

quædam de vestibus seu בגד, vestis autem dicitur in lingua sacra בגד  
mirum videtur, cum radix significet perfidiam, unde auctor concor-  
dantiarum dicit כל לשון בגדה שענינו היותו או מרמה  
Quæritur ergo de formali בגד, dico ego eam esse. *Tecte perfide  
egit.* Hæc forma exprimitur in Jeremia, *mulier perfide egit tecte à so-  
cio suo*, quamvis enim id sæpè fiat palam, tamen tectum prætenditur,  
sicuti etiam eadem ratione domus Israel tectè perfide agebat. Sic  
etiam de Judah dicitur in Malachia.

ii. Satis eleganter hæc forma exprimitur etiam in Jobo: *Fratres  
mei perfide egerunt sicuti נחל* i. e. vallis. Sitiens si videat locum de-  
pressum accurrit, cum venit, videt esse tantum vallem aquis vacuum  
*tecte quasi erat perfidia.* Si נחל etiam velis exprimere per fluvium,  
omnia etiam rectè quadrant. In fluvio aqua adveniens videtur ad  
nos secedere, at nos cum tetigit, statim abit, & hæc tecta diceretur per-  
fidia. Si in tenebris ambules, recto pede incedas, accidat autem ut  
interveniat נחל/ perfide tecum & quidem tecte agit, ut tu præceptis  
detrudaris, & sic in cæteris. Nam Job rectè conferebat suos amicos,  
consolatores & oratores cum talibus hominibus, à quibus tecte deci-  
piebatur, sub nomine enim amicorum latebat perfidia, quàm etiam  
fatis superq; ipsis exprobrat Job patiens.

iz. At quomodo vestis convenit cum forma R. Optimè; Nam  
vestis tegit hominem. Dicas non integere, sed in perfide agere con-  
sistit forma: Bene suprema autem est tegere. Nam forma sæpe vi-  
detur eadem esse in aliquot radicibus, at nihil esse deprehendemus,  
cum materiales significationes rectè pondaraverimus. Sicuti de  
hac distinctione fufius alibi agam. Sed quicquid sit, ut pro meliori  
capto loquar, dico quod ad perfidiam omnia rectè referri possint,  
nam בגד est signum & nora perfidiæ. Unde cum in paradiso Adam  
se tegeret, argumentabatur Deus statim de perfidia: Num tu edisti  
de arbore vetita? Sic hodie dicerem *des Nahs Marek auff der Ba-  
esen*/est nota certi gradus infamiæ, quamvis in nostra impura lingua  
forma ita demonstrari nequeat, quantum ego sciam.

13. At qui concordant illi versus, in quibus dicitur de vestibus  
sanctitatis. Recurro ad meum tegere, hæc forsitan audire non vis,  
audi ergo & eas esse signum perfidiæ. Non dicam jam de formali

significatione שריפ/ quæ arguunt & vestes non semper sanctas esse, quæ de שריפ denominantur, ut patet ex disputatione prima; sed quæro tantum, cur vestes tales portabat summus sacerdos? ob perfidiam populi. Nisi enim homo prævaricatus fuisset, nec sacerdote summo in Veteri Testamento, nec Christo in N. T. qua tali opus habuissent. Quo ipso Papistarum quidam suam produnt negligentiam (ne dicam ignorantiam) in considerando respectu summi sacerdotis, cum putant nihilominus sacerdotium fuisse, nisi forsitan hodie alia sit doctorum sententia. Nec enim credere possum, homines alias ut in hoc seculo habuimus doctissimos id non vidisse.

14. Adhuc plura latent sub hoc רצב/ ac ea ego reservabo discursui publico. Multa enim sub hac radice continentur discussione digna, quæ prævideo.

15. Nunc autem libet accessum facere ad vocem צום/ cujus formale non est propriè *jejunare* sed *abstinere*, & ita quidem ut sit ab illis quæ delectant & reficiunt carnem eamq; vel propriè vel improprie dictam. Propriè dictam carnem voco carnem humanam, quatenus ea fuit & ante statum lapsus & etiamnum hodie est. Improprie dictam voco carnem, quæ opponitur Spiritui. Ut Scriptum est: *caro concupiscit adversus Spiritum.*

16. Jejunium utrumq; hic satis fundatur in scriptura sacra, & elegantissimam ad se invicem habent schesin, quæ tamen ita est comparata, ut jejunium corporale nihil sit sine spirituali, sicuti rideretur dicens speciem non simul includens etiam genus in prædicatione. Sicuti autem generale potest esse sine speciale, speciale autem non sine generali habitualiter, ita etiam corporale illud jejunium recte informatum dici nequit, nisi spirituale accedat: Quamvis enim hæc sub eodem genere in uno gradu differre non videantur, tamen si rectius rem inspexeris proportionaliter vel quasi adhuc plus in hoc opponendi genere inuenies. Qui fit enim quod (de verò jejunio & Deo placenti צום loquor) spirituale queat esse sine corporali, corporale autem non sine spirituali. R. quia arctior inter ea est quam in communi in genere oppositionis combinatio, quamvis ego nolim vocare ea speciem & genus.

17. Utrumq; contineri videtur in Jona, quando publicatur mandatum

datum de / מַעֲמָה מֵאִמְקָא & quando additur præceptum mde  
 & שׁוֹבָה אִישׁ מִדְּרַכּוֹ הַרְעָה & de שׁוֹבָה אֵל אֱלֹהִים  
 Cui etiam Joel adstipulatur. Inprimis autem ad hoc negotium fa-  
 cit locus Esaiianus quidam, quando clamant לָמָּה צָמְנוּ *cur jejuna-*  
*mus & tu non respexisti, affligimus animam nostram, nos ipsos, & non*  
*observasti*, responderet DEUS per negationem jejuni facti cum dicit.  
*Cum jejunati invenitis delectationem*, Ergo jejunium in quo gaudet  
 aliquis & quæ lubent facit, jejunium non est. Hinc addit לָמָּה צָמְנוּ  
 לָמָּה צָמְנוּ *non jejunanti sicuti in illo decet*, & addit illud jejunium sibi pla-  
 nè non placere, quo homo affligit seipsum, sed in hoc dicit consistere  
 formale jejuniij פֶּתַח הַרְצָבוֹת רָשָׁע SOLVERE VINCLIA INI-  
 QUITATIS & אֲגֵרַת כּוֹטָה הַתֵּרִי solvere societatem lapsus, quan-  
 do sese invicem ad mala agenda quasi ut funiculum colligant, Hi  
 sive jejurent sive non, unum & idem est. Cum quo eleganter,  
 convenit locus Esaiianus, ubi etiam de alijs cultibus sermo est, & tan-  
 dem respondetur. *Manus vestra plene sunt sanguine*, i. e. opera vestra  
 talia sunt, quæ sanguine debent expiari, retinetis sanguinem in mani-  
 bus, peccatum in actionibus.

18. Ex quibus colligitur, jejunium plane non esse meritorium, tum  
 quia ita nec in Scriptura sacra describitur, tum etiam quia rectè ratio-  
 ni adversari videtur. Nec puto omnino rationem jejunii in eo confi-  
 sere, ut præparentur homines ad orationes, quod sobrietate & tem-  
 perantia magis efficitur, sed ut testentur de sua indignitate, miseria  
 & calamitate, & pœnitentiâ, quod ex multis exemplis Scripturæ sa-  
 cræ, si instituti ratio permetteret probari possit. Quod idem de Judæo-  
 rum jejuniis dicere hic vetat.

19. Et cum jejunium annexam requirat pœnitentiam, placet etiã  
 discutere vocem pœnitentiæ ex V. T. ubi non à pœnitere sed à redire  
 nomen habet ex voce שׁוֹב /cujus formale est *redit, reversus* est. Redi-  
 re ego sumo quatenus se indifferens habet, & ad *venire ad locum*, &  
*venire de loco* nam cum venit de loco, tunc *Redit* id est iterum it ex  
 loco vel quasi. Sicuti dicitur. Non יָשׁוּב *redibit sceptrum* è Jhuda re-  
 dibit, id est denuo ibit à Jhuda Sceptrum, quod semel ivit ad Jhudah. id  
 quod manifesto distinguunt particulæ, quibus mediantibus nomina  
 cum verbis construuntur. Hæc forma satis frequens in Scriptura  
 sacra

facra expresse occurrit, quare digredior ad significationes materiales, ubi significat *reconciliationē*, quia cum Deus reconciliatur redit ab ira sua. Sic Moses orat, quando Deus minabatur exitum idololatricæ & perversæ multitudini Judæorum, qui in absentia Ducis exererunt fusile: **שׁוּבוּ מִכַּחַר אִפְךָ** *revertere* ab excandescencie iræ tuæ, i. e. reconciliator huic populo, &c.

20. Et multæ sunt sub hac radice materiales significationes, ut *respondendi, retribuendi, cohibendi, repellendi, reponendi, considerandi*, quæ omnia cum materialia sunt, studio prætereo, & ex omnibus ejus assumo *pœnitentiam*, unde dicitur in Hosea **שׁוּבוּ יִשְׂרָאֵל** *revertere* Israel ad Jhovah DEUM tuum, nam pœnitentia tali voce expressa, est reditus à sua via ad viam Domini, à Diis peregrinis ad DEUM, verum. Ex quo sequitur, quod omnis peccans advertat se à DEO, unde toties etiam *Rebellis Israel* ex hac radice denominatur.

21. Hinc videmus quæ nam sit forma pœnitentiæ, nempe reditus ad DEUM, unde Jhudas etiam si pœniteret ipsum facti, pœnitentiam pro ut in V. T. describitur non habuit, nam non conversus est ad DEUM, sed ad templum, in quod conjiciebat nummos, & ad laqueum, quo se ipsum interemit. Nee hodie sufficit, pœnitere, sed avertere sese à via mala ad viam bonam, alias *pœnitentia vestra* dici non meretur, sed tantum illusio quædam. Nam neque *μετάνοια* vera est, quia ea etiam debet ita debet informari, ut sit **דָּוָד וְעַקְבֹּן עֶשְׂרָו**, quam vocem Syrus exprimit per **לְהִיבְרוּ מִן עֲבֹרָת מִיתָא** i. e. conversione ab operibus mortuis, à quibus fide convertimus nos ad DEUM, ut gratiam consequamur. Num autem nominaliter etiam vox pœnitentiæ ab hac radice in Scriptura V. T. occurrat quæritur: Respondeo. Omnino puto fieri id in Esaia cum dicitur, *Sic dicit Dominus Jhovah, in pœnitentia & in quiete salvabimini, in silendo in quiescendo, & in sperando, erit fortitudo vestra.* Quibus verbis media proponit, quibus mediantibus pax & florens status possit reduci in populum DEI. 1. Medium est *Pœnitentia*, ea autem, ut descripta est consistit in aversione ab operibus mortuis. 2. *Quiescere* i. e. non advocare in auxilium peregrinos Reges, & ipsorum tutelæ se committere, Unde alibi dicit hic Propheta ad Achazum. *Mane super facibus tuis & quiesce* i. e. noli advocare Regem Assur &. 3. Hoc tertium

tertium est & dicitur **שקט** distinctum à precedenti **שקט**, quod etiam quiescere significat ita, ut hoc notet continuandam quietem quiescentis, illud quietem parandam ex motu. Et refertur hoc ad constantiam in acquiescendo, unde 4. Medium consistit in fiducia ad Deum, qui omnia pro suo arbitrio disponere potest, ut felicissimum exitum sortiantur res infelicissimæ.

22. Quod de *habitandi* significatione sub hac radice dici posse videtur, satis cum cæteris dubiis publice explicari debet. Cum autem in Scriptura communiter nostrum **שקט** & converti excipere soleat *Gottes gerewen* / placet etiam de voce **שקט** quædam in medium proferre.

23. Vox **שקט** pro forma habet *mutare conceptum*. Quando autem hac de Dei pœnitere actum est, pie & tuto etiam potuimus recurrere ad *αὐτοπονοια* *Jeow*, quia Deus non est homo, quæ pœniteat &c. Cum autem in forma danda sim sollicitus, respondeo: Deum dici pœnitere, quando dicitur conceptum mutare. Sic legimus in lege Moysi, quod Moyses oraverit ad DEUM dicendo **הנחם על הרעה** *laß dir gerewen das Übel daß du deinem Volck hast zugebracht*. Luth: *Sei gnädig vber die Bosheit deines Volcks*. Quomodo hic Deum pœnitebat, quomodo hic erat gnädig / R. mutando conceptum. Conceptus erat, immittere excandescentem iram & totaliter perdere populum suum, cum autem dicitur in fine istius incisi, *Et pœnitebat Dominus* i. e. & mutabat conceptum de malo quod loquutus fuerat ad faciendum populo suo.

24. Dicis hoc cene importat in Deo imperfectionem Nam Deus Deus est & non mutatur, & cætera quæ pro hujus sententiæ exaggeratione adduci possent. Respondeo Minime, conceptus est conditionatus, unde non tantum de Deo dicitur, *daß ihm gerewe daß Übel / sondern daß ihm auch gerewe das gute* / Dominum pœnituit, quod unxisset Regem Saul. i. e. mutabat conceptum de uncto Saule, conceptus erat. Rex esto & Rex est, mutabatur. Non rex esto, non Rex sit. Sic dicit Jeremias. *Maledictus sit vir, qui annuntiavit, patri meo dicens. natus est tibi puer masculus & Iste vir sit sicuti civitates, quas subvertit Dominus & non pœnituit*, i. e. & non mutavit conceptum. Ergo quando civitas desolata jacet, eamq; subvertit

O Dominus



Dominus, ut Sodom & Gomorra, tunc dico Dominus subvertit, quando reedificatur civitas, ut Jerusalem, tunc dico Dominum pœnituit, nam nisi pœnituisset non mutasset conceptum de perpetua desolatione. Sic contra non  $\text{נָחַם}$  non mutavit conceptum de Sodom & Gomorra quia in æternum non reedificabuntur. Sic pœnitebat Dominum conditi hominis. Assumant jam *argumta-  
beas*, quia subsequentiã verba eam omnino suadere videntur. At forma mea etiam rem decidere potest. Mutabat Deus conceptum de homine, mutatio erat talis, qualis in Saulis imperio seu regno. Mutabatur utrinq; objectum, regnum Saulis, & essentia vel vita hominum conditorum. Terminus ergo *des gerewens* non est quarrendus in DEI essentia nec semper in rei prima productione, sed in objecti parte ut ita loquar præsentis pro tempore materiæ principali. Sic pœnitere Dei erat in Rege non Rege, non in constitutione Regis, sed in constituti depositione q. d. Mutabo conceptum de Saule, conceptus est: Saule est Rex, muratur, Saul fit non Rex, sic Mutavit conceptum de hominibus conceptus erat talis. Homines sint, vivant in terra, *mutatur*, Homines sunt non homines seu non vivant amplius in terra. Sic studio in Psalmis dicit Spiritus Sanctus.

25. *Juravit Dominus & non pœnitebit. Tu es Sacerdos in æternum juxta ordinem Melchisedec.* q. d. Sancte promisit & decrevit, & conceptus ipse non mutabitur quo Christi sacerdotium sit perpetuum, quod de Levitico dicere non potuisset æternus Deus, Nam si teleiosis per Leviticum pontificatum, super quo fuit Lex data fuisset, ad quid opus fuisset, ut juxta ordinem Melchisedeci exurgeret alius. Ergo de Christo dicit  $\text{אֵלֹהֵינוּ}$  non autem ita de pontificatu Levitico.

26. Adeo vera hac nostra forma est, ut etiam in Jeremia addatur quasi *conceptus* cum dicitur,  $\text{אֲנִי עֲבָדְתִּי}$  ego cogitavi concepisti,  $\text{אֲנִי עֲבָדְתִּי}$  & conceptum meum non mutavi.

27. Quid ergo dicendum est ad locum quendam ex libro Samuelis, cum Samuel ita alloquitur Saulem. *Robur Israelis* i. e. Deus Israelis non mentitur, nec pœnitet eum, quia non est homo, ut pœnitere spsum possit. Respondeo, illud est adhuc locum dicendum, quod dici

dicit ipse contextus, quid autem dicat contextus, ne videar in hoc loco agnoscere obscuritatem non dicam sed tacebo, quivis videt.

28. Descendentes hinc significationes materiales cum forma optime quadrant. Inter alias eminent significatio *consolandi*, quia ipse qui consolatur mutare nititur conceptum dolentis. Hinc dicit Esaias כִּנְוָה nam *consolatus est Dominus populum suum, &c.* Sequitur *Dixit Zion dereliquit me Jhovah, dominus vero mei est oblitus.* Ubi conceptum illum satis mutat in Zion, quando docet Spiritus, quod Zion non sit mansurum in viduitate sed ex omnibus partibus terræ visurum filios &c. Ita etiam Tizchhhak consolationem admittere, in dolore, quem conceperat ex obitu matris, quando novam sponsam ducebat in tabernaculum vel tentorium matris suæ, quia tunc *conceptus doloris* mutabatur in conceptum lætitiæ ob novam Rebeccam.

29. In summa quæcunq; hinc descendunt, necessum, ut eandem habeant formam sive sint nomina, sive verba, sive activa sive passiva.

30. Novimus autem quod in hac materia Dei consolari in primis soleat elici per nostrum deprecari, placeat ergo adhuc radix ex hac materia. אלה Hujus formale dico consistere *in dolendo, egre ferendo.* Forma satis manifesta in multis lucis scrip. uæ sacra.

31. In materialibus significat *agrotare*, quia qui agrotant dolent, sic dicitur de Hiskia quod אלה agrotaverit, & in Esaiâ *agrotavit ad mortem.* Et si quæ sint ad alia, ad hanc formam reduci possunt & debent. Ne autem nimis nota ut אלה dolorem &c. Pro præba assumam, placet אלה quod notat deprecari aliquem, ibi quæritur quomodo deprecatio cum forma conveniat. R. אלה deprecari in forma significat dolorem alicui vel quasi immittere. Unde cum dicitur פניו פניו *deprecemini faciem Domini* idem est ac si diceretur, ita orate, ut doleat tandem Deus ob mala vestra, eaq; auferat, & non tantum hæc phrasîs usurpatur de Deo, sed etiam de hominibus, ut in Jobo legimus, & convenire videtur cum Germanorum modo dicendi, *Einen zum Mitleyden bewegen / fere non video, quomodo*  
O 2 competen

competenter in lingua Germanica hanc phrasin sanctam queam  
efferre.

32. Si quæ alia sunt, ut omnia monilium & ornamentorum  
omnino ad hanc formam reduci possunt, ut in discursu publico pa-  
tescet.

33. Merito autem defatigamus faciem Domini ob id quod de-  
solata jacet terra nostra, unde placet assumere vocem חרוב / cui,  
formale dico esse exaruit. Hoc dicitur in Psalmis de aquis maris,  
unde concretum descendit חרוב significans siccum, & abstra-  
ctum חרוב vel חרבה siccitatem notans, quæ omnia luce me-  
ridiana clariora esse videntur.

34. Materiales significationes sunt desolatus fuit, devastatus fuit,  
& applicatur tam rebus quam personis. Personis ut in hystoria  
Jofaphati & Johram contra Regem Moabh. Scriptum est חרוב  
נחרבו הכלבים / nisi forsan quod probabilius est referatur  
hoc ad potentiam sitam in toto exercitu. De rebus frequentissima  
sunt loca, sicuti legimus in Esaia חרוב הרים &c. quod cum  
etiam de gentibus dicitur in eodem Propheta, ego puto magis re-  
ferri ad ipsorum accidentia, quamvis non prætereundus sit in-  
signis ille locus Esaianus, ubi ita scriptum est חרוב חרוב  
הרים gentes enim desolando desolabuntur, quem locum ita  
explicandum esse autumo. Aber die Heyden vel denn die Hey-  
den sollen nicht mehr Heyden bleiben / sondern Christen wer-  
den.

35. Nomen vasti & vastitatis hinc descendens ad formam  
facile potest reduci. Nomen gladij hinc derivatum convenit cum  
forma vel ratione substantia sue vel ratione accidentium, ra-  
tione substantia gladius dicitur à siccitate, quia est ferrum in igne  
satis superque evaporatum, si ita modo loqui liceat, & ad formam  
gladij malleis compactum. Ratione accidentium dicitur à deva-  
stando perdendo, submovendo, unde in scriptura sacra non u-  
surpatur tantum pro gladio, quem nos hodie dicimus gladium,  
sed etiam pro instrumento ultionis divinae perditionis & desola-  
tionis. Hinc turres in Ezechiele dicuntur destruendæ gladio,  
quod

quod forsan igne vel securi factum esse sana docet ratio. Sic in lege  
Mosis Praefecti dicunt ad Mosen & Ahoronem, *Fetere fecistis ordorem  
nostrum in oculis Pharaonis, & in oculis servorum ejus, in eo quod dedi-  
sti gladium in manum ipsorum ad occidendum nos.* Gladium his signi-  
ficat instrumentum per dendi Israclitas, quale erat servitus illa & op-  
pressi Aegyptiaca. Et alibi satis superq; de his & similibus agi docet  
scriptura. Quae omnia jam studio relinquo, ut me conferam ad no-  
vam vocem in qua formale forsan videtur majori indigere indagine.

36. Eam esse volo jam vocent **אמר** / quae materialiter significat  
dixit, *Quaritur ergo quanam ejus sit formalis.* Dico eam esse *In-  
tendit.* Forma haec expresse in scriptura continetur. Legimus enim  
de Chisbi in Nobh, ex profapia ut apparet gigantum, quod **אמר**  
**להכות את דוד** i. e. intenderit percutere Davidem, quod forsan etiam  
in actum fuisset deductum, nisi obtulisset Abifai filius Zerujah. Sic  
in lege Mosis vir Ebraeus dicit ad Mosen **אמר הלהרגני אתה** id est,  
*num tu intendis me occidere- sicuti occidisti virum Aegyptiacum.*

37. Intendere hoc varie in materialibus applicatur, unde signi-  
ficat *intendere sermonem*, loqui *intendere praecipuum* mandare, sit et-  
iam significat nominare &c. Omnia ea optime ad hanc formam re-  
ducuntur, modo recte primo percipiatur quid sit *intendere.* Haec  
omnia lubens praetereo & accingo me ad locum in Genesi.

38. Dicitur enim ibidem **אמר אלהים** *Et dixit Deus fiat Lux,*  
& facta est Lux ubi memini me in Scholis Theologorum nostrorum  
audivisse, quod per Verbum DIXIT non sit intelligendum verbum  
prophorikon, sed verbum essentiale. In quem finem allegare etiam  
solent Evangelistam Johannem, qui dicit. *Omnia per ipsum facta  
sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* Haec etiam, quamvis  
non tam expresse, lego in Chemnitio qui illa dicit, *Psal. 33. v. 9. Ipse di-  
xit & fuit, & ipse mandavit, & extitit. Gen. 1. v. 3. Sit Lux &  
fuit lux. Quod expresse videtur Johannes cap. 1. v. 3. Omnia per ipsum  
extiterunt.* Hujusq; Chemnitius.

39. Ex quibus colligo praesertim ex Huttero theologo Witten-  
bergenli quondam **אמר** ipsis esse Verbum essentiale, quod quo-  
modo fieri possit, nunquam vidi satis. Jam autem quando in hanc  
formam incido video magnam probabilitatem. Nam cum dicitur  
**אמר**

אֵל וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי אוֹר. Et dixit Deus fiat Lux. Dicitur formaliter. Et intendit Deus lucem, quæ etiam statim est subsequuta, nam dicitur, Et facta est Lux.

40. Dicis quid hæc ad filium? Ignoro sane si rationibus me urge-  
re velis, video autem quid velit spiritus sanctus, etiamsi id exprimere  
non valeam. Dei intendere quid quæso est, vel quidnam fuit pri-  
mum intentum si ita loqui liceat, veri DEI! Verbum,  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ , qui  
una cum vero Deo ab æterno extitit. Quid autem est  $\text{אֵל}$  in su-  
premo gradu, per  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  aliquid effective producere, ad quod procul  
omni dubio respexit Johannes Evangelista. In principio erat  
 $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  & verbum erat apud Deum. Videtur etiam Targum adhunc  
logon quandoq; respexisse. Id quamvis alias difficulter tali autho-  
ri tribuam, viderunt tamen quidam super Psalm. 110. Ubi Hebraica  
veritas habet. Dixit Jhovah ad Dominum meum, Targum posuif-  
se  $\text{אֵל לְמִימְרָיו}$ . Quamvis ego id non viderim, nam meum Tar-  
gum legit  $\text{אָמַר יְיָ בְּמִמְרָבֶךָ}$ . Sed manum de tabula in tantis  
mysteriis.

41. Descendit hinc etiam  $\text{אֵל}$  significans *ramum*, forma qua-  
drat, nam ramus nihil aliud est, quam intendentia arboris, quo ar-  
bor fit major & excelsior, unde etiam vox  $\text{אֵל}$  hinc descendit.  
Sed hæc omnia in discursu.

42.  $\text{אֵל}$  Pro formali habet *exivit*. De variis autem usurpatur  
adeo ut fere super vacaneum sit ea omnia hic notare: Sumitur quan-  
doq; pro *oriundum* esse, aliquando usurpatur de Sole, aliquando de  
nativitate ex utero materno, aliquando de sorte & significat cecidit,  
aliquando de verbis oris, de aliis multis, quæ omnia optima ratione  
ad communem formam rediguntur. Ut pote de terræ nascentibus,  
de frugibus, gramine &c.

43. In Conjugatione tertiã occurrit significatio producendi, edu-  
cendi, vel exire faciendi, Unde legimus in Genesi, quod Malchizedek  
Rex salem eduxerit panem & vinum, quod procul omni dubio fecit  
in gratiam Abrahami, cui benedixit Malchizedek. Typus enim cum  
existeret Christi, hoc in actu demonstravit majorem se esse Abraha-  
mo, unde etiam Abraham dedit ei decimas ex omnibus quæ habe-  
bat.

44. Cum

44. Cum autem dicitur, quod מלכיצדק Malchizedek panem & vinum, non hoc vult spiritus, quasi Malchizedek obtulerit. *Nis want er geopffere hetze.* Quamvis enim pulchra videatur esse allusio ad panem & vinum sui antitypi Jesu Nazareni servatoris & Domini nostri, sub quo benedicere tantum potuit Abrahamum, quod tolerabilius esset, tamen non ad sacrificium quoddam hunc locum detorqueri posse expresse evincit lingua Sancta, in qua vox מלכיצדק nunquam usurpatur de oblatione sacrificij offerendi. Sicuti enim in illo actu diversa genera sacrificorum, ita etiam diversi actus in sacrificiis diversa sortiuntur nomina, sed hæc clara sunt, nec ulteriori opus habent Scrutinio. Si ita ludere liceret in vocabulis detorsis, possem etiam dicere, quod vidua Zorpatensis obtulerit sacrificium Eliæ. Dicat, atqui forma cum sacrificando convenit. Nam qui offert, ille producit R. Qui offert ille elevat manus. Qui offert ille habet bonam intentionem, ergo, bona intentio & elevatio manus est forma oblationis. Non ita. **NUNQUAM MATERIALES SIGNIFICATIONES EXTENDENDÆ SUNT IN EXPLICATIONE SCRIPTURÆ ULTRA PRÆSCRIPTUM SCRIPTURÆ SACRÆ.** Nam hæc vox **NUNQUAM** in scriptura de sacrificiis in illis libris ibi maximam partem de iis agitur, imo in toto codice sacro usurpatur.

45. Descendit ex hac voce מוציא exitum significans vel egressionem. Cujus significationis exemplum præbet insignis quidam locus Michaë, ubi De filio Davidis dicitur, quod מוציא ערותיו *egresiones ejus sunt priores quam prius & posterius erat, & prius quam dies seculi.* Quem locum etiam Targum, Rabbi Salomo Jarchi, David Kimchi. Unde Rabbi Salomo, cum devenit ad, *& egressiones ejus*, simpliciter loco commentarii allegat locum Psalmi, *Ante solem siliabitur nomen ejus.* Quemnam sensum habuerit Rabbi, conijcere non possum, si לפני in psalmo explicet per *ante*. Sed valeat hic Judæus. Ego mea explicationis dabo rationes, מוקדם significat, antequam esset prius, מ notat antequam & Judæis quibusdam fatentibus בטרם exempl. מ gr. מעולם i. e. מטרם עולם. Hæc clara sunt, deinde מוקדם in prima & formali sua significatione significat prius, ergo מוקדם est ANTEQUAM ERAT PRIUS, du noch kein relation war vnter dem was vorhergehete und folget. Dicat autem quando hoc fuit: Resp. Propheta, ממי עולם *ante*

ante dies seculi quod necessarium fuit ut adderetur, nam  $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\sigma\sigma\iota\sigma$   
etiam multa alia significat.

46. At cur dicit EGRESSIONES, & non EGRESSIONEM,  
puto fieri hoc, ob æternam generationem filij Dei à patre, non ut  
multiplicetur sed quia est excellentissima, non ut notetur tantum ge-  
neratio sed cum generatione efficacissima cum patre operatio, plura  
in subsequētib;.



Præstantissimo ac literatissimo Dn. Responsuro  
ARNOLDO Mönich / populari & Amico è  
paucis singulariter dilecto.

**N**on te paniteat varias consumere noctes  
In variis studiis. Hisce parata quies.

Neu te à proposito insipientis terreat idus:  
Hem rursus nobis parturit iste nova.

Admiratores hos ne mirère, Mönichi:

Si nova non vera, haud ulla vetusta forent.

Namq; olim vetera Antiquis nova cuncta fuere. At

Qua non assequimur (scilicet) ista nova.

Hæc insania stulta est, cui cuncta recentia sordent:

Stultitia insana est, cui nova sola placent.

Tu pergas acriter ceptum sic currere cursum.

Haud alio adversis obstruis ora modo.

Allatrant? tu contra animosior ito. Catelli

Ira sedatur si prætereas similis.


$\chi\omega\epsilon\iota\varsigma \mu\epsilon\delta\lambda\acute{\iota}\sigma\tau\omega\varsigma \epsilon\zeta \epsilon\upsilon\nu\omicron\iota\epsilon\iota\varsigma$   
conficiebat

Arnoldus Püngelius


Lippia-Westphalus.


















culi quod necessarium fuit ut adderetur, nam  $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\sigma$   
a alia significat.  
tur dicit EGRESSIONES, & non EGRESSIONEM,  
hoc, ob aeternam generationem filij Dei à patre, non ut  
tur sed quia est excellentissima, non ut notetur tantum ge-  
d cum generatione efficacissima cum patre operatio, plura  
tentibus,

Responso  
amico è

Arnoldus Püngelius  
Lippia-Westphalus.

